Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



88

Qui plantauit aurem non audiet:
aut qui finxit oculum non considerat.
Qui corripit gentes non arguet: qui
docet hominem scientiam. Dominus
scit cogitationes hominum: quoniam
uane sunt. Beatus homo quem tu
erudieris domine: et de lege tua docue
ris eum. Ut mitiges ei a diebus malis.
donec fodiatur peccatori fouea. Quia
non repellet dominus plebem suam: et
hereditatem suam non derelinquet. Quo
ad usq; iustitia conuertatur in iudicium:
et qui iuxta illam omnes qui recto sunt
corde. Quis consurget mihi aduer
sus malignantes: aut quis stabit mecum
aduersus operantes iniquitatem. Nisi
quia dominus adiuuit me: paulomi
nus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam motus est pes meus: mi
sericordia tua domine adiuuabat me.